in executione.

7 *Actio* quod metus cauſa *ut competat, requiritur, quod reſtituere debens ſit in contumacia, ex eo quod juſſus à Judice rem reſtituere, eam non reſtituit.*

8 *Actio* quod metus cauſa *ex prima parte, & ſecunda edicti quomodo competat.*

9 *Libellus in actione* quod metus cauſa.

§. QUARTUS.

DE ACTIONE, QUÆ IN QUADRUPLUM, datur, & primo de actione *quod metus cauſa.*

JUſtinianus in §. *Quadrupli*, Inſtit. de *Action.* poſuit exempla actionum, quæ *in quadruplum* dantur, nempe actionis *furti manifeſti*, de qua ſupra egimus; (*a*) item actionis *quod metus cauſa*, & actionis *de calumniatoribus*, & actionis, quæ datur adverſus executores litium extorquentes aliquid ultra ſportulas debitas. Et de hac ultima actione tetigimus in §. præcedenti.

1. In præſenti tamen agendum erit de actione *quod metus cauſa*, quæ perſonalis eſt *in rem ſcripta* à Prætore, competitque ei, qui per metum cadentem in conſtantem virum compulſus eſt ad alienandum, vel dandum aliquid, ad hoc ut ſibi res reſtituatur: 2. & data contumacia, intra annum *in quadruplum* condemnetur, & poſt annum *in ſimplum.* (*b*) 3. Ex quibus conſtat, hanc actionem *in quadruplum* dari adverſus eum, qui Judicis juſſu rem ipſam actori non reſtituit, eamque pœnam reſtituentem evitare. (*c*)

4. Et ad hoc ut iſta actio competat, requiruntur ſequentia: 5. primò, quod actus geſtus fuerit per metum cadentem in conſtantem virum vel mulierem, referendo ſingula ſingulis: (*d*) & quis dicatur juſtus metus, declarant Jaſſo, (*e*) & D. Anton. de Padilla: (*f*) 6. Et an metus reverentialis patris, vel mariti dicatur juſtus metus, & annullet actum, tradit Gloſſa, (*g*) quæ reſolvit, talem metum reverentialem ſufficientem eſſe ad annullandum actum; ſed contraria ſententia vera, & communis eſt, ſecundum Panormitanum, (*h*) Anton. Gomez, (*i*) & Covarruviam, (*j*) & plures alios, quos refert, & ſequitur Joann. Gutierrez: (*k*) qui omnes prædictam gloſſam intelligunt procedere, quando minæ præceſſerunt, & qui illas fecit, ſolitus eſſet ponere minas in executione.

7. Secundo requiritur, quod reſtituere debens fuerit in contumacia, ut puta, quia juſſus à Judice rem reſtituere illam non reſtituit: (*l*) 8. nam ex 1. part. Edicti Prætoris *quod metus cauſa* datur remedium ad reſcindendum actum metu geſtum, & ad reſtituendam rem metu alienatam: (*m*) & ita actor prius ex illo remedio petere debet, *actum metu geſtum reſcindi, & rem ſibi reſtitui*; & ſi intra tempus à Judice datum res non fuerit actori reſtituta, tunc ex ſecunda parte Edicti Prætoris, ſcilicet, *quod metus cauſa*, datur intra annum actio *in quadruplum*, & poſt annum *in ſimplum*, (*n*) & utraque actio in libello intentari poterit modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE, *quod metus cauſa.*

Iluſtre Señor.

9. ,, Fulano, vecino de tal Lugar, parez-
,, co ante Vmd. y me querello, y pongo de-
,, manda à Fulano, y contando el caſo de ella,
,, digo: que yo hice donacion al dicho adver-
,, ſo de un caballo vayo, cabos negros, de
,, edad de cinco años, que à ſu juſta, y co-
,, mun eſtimacion vale ducientos ducados, la
,, qual donacion le hice contra mi voluntad
,, por fuerza, y miedo juſto, tal, que en qual-
,, quier varon conſtante pudiera caer, que
,, el dicho adverſo me hizo, para que le hi-
,, cieſſe la dicha donacion, diciendo, que ſi no
,, la hacia, me mataria, y para ello puſo ma-
,, no à un puñal, è lo ſacò, y puſo à mis pe-
,, chos; y haviendome aſsi atemorizado, è
,, con-

(*a*) In cap. 4. §. de *Actionibus perſecutoriis pœnæ, & rei ſimul* in verſ. Et in primis ſupradictis ſic conſtitutis, &c.

(*b*) Ut probatur in dict. §. *Quadrupli*, juncto, §. *Item actio*, Inſtit. de *Action.* & in leg. *Si cum exceptione*, §. 1. & §. *Poſt annum*, & in §. *In hac actione* in fin. & in §. *Hæc autem*, ff. de *Eo, quod metus cauſa.*

(*c*) Ut latè explicant Jaſ. in dict. §. *Quadrupli* à n. 47. & Miſing. à n. 1.

(*d*) Ut probatur in leg. *Inter poſitas*, Cod. de *Tranſact.* & in cap. *Cum locum*, de *Sponſal.*

(*e*) In dict. §. *Tripli*, Alex.

(*f*) In dict. leg. *Inter poſitas*, & text. in leg. 7. tit. 33. Part. 7. & leg. 7. tit. 12. lib. 3. Fori.

(*g*) In leg. 1. §. *Quæ oneranda*, verb. *Metu*, ff. *Quar. rerum action. non detur.*

(*h*) In cap. *Cum contingat* in princ. & ibi Alciat. n. 1. & 2.

(*i*) 2. tom. Variar. cap. 14. num. 27. Georg. Natam in cap. *Quamvis pactum*, de *Pact.* lib. 6. & Bernard. Diaz in reg. 532.

(*j*) In 4. de *Sponſ.* 2. part. cap. 3. §. 6. n. 4.

(*k*) De Juramento confirmat. 1. part. cap. 1. n. 15.

(*l*) Ut probatur in dict. leg. *Si cum exceptione*, §. 1. & §. *In hac actione* in fin. & in §. *Hæc autem.*

(*m*) Ut probatur in leg. 1. ff. de *Eo, quod metus cauſa.*

(*n*) Ut probat text. in dict. leg. *Si cum exceptione*, §. 1. & in §. *Poſt annum.*

,, conſiderando que es hombre que ſuele, y
,, acoſtumbra poner en execucion ſus amena-
,, zas, le hice la donacion del dicho caballo, è
,, ſe lo entreguè: por lo qual eſtà obligado à
,, me bolver, y reſtituìr el dicho caballo,
,, que le donè; y aunque por mì ha ſido reque-
,, rido que me lo buelva, è reſtituya, no lo
,, ha querido, ni quiere hacer ſin pleyto: por
,, que pido à Vmd. que habida mi relacion
,, por verdadera, en la parte que baſte, por ſu
,, ſentencia, que en tal caſo lugar haya, pro-
,, nuncie la dicha donacion ſer ninguna, y
,, dandola por tal, y por la meſma ſentencia
,, condemne al dicho adverſo à que me dè,
,, buelva, y reſtituya dentro de un breve ter-
,, mino el dicho caballo, y en caſo que den-
,, tro del dicho termino no me lo entregáre,
,, y reſtituyere, que me dè y pague ocho-
,, cientos ducados por la rebeldìa, en que eſ
,, tuviere de no me lo bolver, y reſtituìr den-
,, tro del termino, que por Vmd. le fuere ſe-
,, ñalado: y ſobre que pido juſticia, y coſtas,
,, y el oficio de Vmd. imploro, y juro, &c.

EX §. QUINTO.

SUMMARIA.

1 *ACtio de calumniatoribus eſt perſonalis, & cui competat.*

2 *Actio de calumniatoribus intra annum in quadruplum, & poſt annum in ſimplum datur.*

3 *Calumniator non ſolum actione, de calumniatoribus, ſed etiam condictione, ob turpem cauſam poteſt conveniri.*

4 *Libellus in actione de calumniatoribus.*

§. QUINTUS.

DE ACTIONE CONTRA calumniatores.

1. ACtio de *calumniatoribus* perſonalis eſt, concediturque adverſus eum, qui pecuniam accepit, ut innocenti in judicio per calumniam negotium faceret, vel non faceret: 2. & intra annum datur *in quadruplum*, & poſt annum *in ſimplum*: (*a*) 3. & nedum iſta actio datur contra calumniatorem, verum etiam condictio *ob turpem cauſam*; (*b*) quinimo adverſus eum criminaliter poterit agi. (*c*) Et libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *de calumniatoribus.*

Iluſtre Señor.

4. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que es aſsi,
,, que el dicho adverſo recibiò ducientos du-
,, cados de Fulano, porque en un pleyto que
,, traìa conmigo, en el qual el dicho ad-
,, verſo era mi Procurador, dexaſſe de hacer
,, lo que à mi derecho tocaba, que fueron
,, tales y tales diligencias, y anſi por ſu cul-
,, pa y cauſa yo fuì condemnado, è ſe me
,, ſiguiò de daño, è intereſſe dos mil ducados,
,, por lo qual el dicho adverſo eſtà obligado
,, à me los dár, y pagar con el tres tanto
,, conforme à derecho: por que pido à Vmd.
,, que habida mi relacion por verdadera, en la
,, parte que baſte, del dicho adverſo me haga
,, entero cumplimiento de juſticia, y por ſu
,, ſentencia, que en tal caſo lugar haya, con-
,, dene al dicho adverſo à que me dè, y pague
,, el dicho daño, è intereſſe, que eſtimo en los
,, dichos dos mil ducados, con mas el tres tan-
,, to, y à ello le compela, y apremie por to-
,, do rigor, y remedio de derecho: ſobre que
,, pido juſticia, y coſtas, y el oficio de Vmd.
,, imploro, y juro, &c.

EX CAPITE SEXTO.

SUMMARIA.

1 *ACtiones quædam ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti juris.*

2 *Fides bona varias habet acceptiones.*

3 *Fides bona in quolibet contractu requiritur.*

4 *Bona fides pro bono & æquo multoties uſurpatur.*

5 *Judex liberam habet poteſtatem judicandi in actionibus bonæ fidei, quod juſtum & æquum ſibi viſum fuerit.*

6 *Actiones ſtricti juris quare ſic appellatæ fuerint, & num. 9.*

7 *Actiones bonæ fidei quare ſic appellentur.*

8 *Judex non habet tam amplam poteſtatem interpretandi, & judicandi ex bono & æquo in actionibus ſtricti juris, ſicut in bonæ fidei actionibus.*

9 *Actio ſtricti juris quare ſic appellata ſit.*

Ac-

(*a*) Ut probatur in §. *Quadrupli*, junct. gloſ. verb. *Deque ea*, Inſtit. de *Action.* & in leg. 1. & 2. & in leg. *In hæredem*, ff. de *Calumniator.*

(*b*) Juxta text. in dict. leg. *In hæredem*, §. fin.

(*c*) Ut probat text. in leg. fin. Cod. de *Calumniat.* & latè explicant Jaſ. n. 79. & Miſing. n. 27. in dict. §. *Quadrupli.*

10 *Actiones ſtricti juris, & actiones bonæ fidei multas inter ſe continent differentias.*

11 *Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei efficit eum nullum, & re integra, deceptus non tenetur adimplere talem contractum.*

12 *Contractus ſtricti juris, licet in eo dolus interveniat, non eſt nullus; datur tamen exceptio doli contra deceptorem, re integra, re vero non integra, actio doli.*

13 *Dolus, ſi non det cauſam contractui bonæ fidei, ſed ſolummodo incidat in contractum, non facit contractum nullum, ſed damnum reſarcietur per actionem ex illo contractu propter dolum.*

14 *Dolus ſi incidat in contractibus ſtricti juris, damnum non reſarcitur per illum contractum, ſed reſcinditur per actionem, vel exceptionem de dolo.*

15 *Dolus dicitur dare cauſam contractui, quando unus ex contrahentibus doloſis ſuaſionibus induxit alium ad ſecum contrahendum.*

16 *Dolus dicitur incidere in contractum, quando aliàs celebraturus contractum, inductus fuit dolo & machinatione, ut in ipſo contractu deciperetur.*

17 *Actionum ſtricti juris, & bonæ fidei diviſio an procedat de jure Canonico.*

18 *Actiones bonæ fidei ſunt tantum decem & ſeptem, & quæ ſint directæ, quæ vero directæ, & contrariæ.*

19 *Indefinita oratio æquipollet univerſali.*

20 *Actionis appellatione venit, tàm directa, quàm contraria.*

CAPUT SEXTUM.

DE ACTIONIBUS BONÆ FIDEI.

1. Actiones alias eſſe *bonæ fidei*, & alias *ſtricti juris* dixit Juſtinianus in §. *Actionum*, Inſtit. de *Action.* quo in loco enumerat eas, quæ *bonæ fidei* ſunt, licet olim dubium eſſet de petitione hæreditatis;& ibi non enumeratas *ſtricti juris* eſſe conſtat, ſecundum Gloſſam: (*a*) 2. & pro perfecta hujus rei cognitione conſtituendum erit, quod *bona fides* varias habet acceptiones: interdum enim deſignat *purum illum, & ſincerum animum ab omni dolo, fraude, & calliditate ſeparatum:* (*b*) 3. & in hoc ſignificatu bona fides in quolibet contractu exigitur: (*c*) 4. nonnunquam bona fides pro *bono & æquo* uſurpatur: (*d*) 5. & in iſto ſenſu actiones *bonæ fidei* appellantur, in quibus Judex liberam poteſtatem habet judicandi, quod ſibi bonum, & æquum viſum fuerit.

6. Olim enim Romæ Prætores non judicabant cauſas privatas, ſed dabant Judices litigatoribus petentibus: & tunc Prætores in quibuſdam cauſis dabant formulam judicibus in ea verba, quibus contrahentes uſi eſſent; & ita anguſtis, & ſtrictis finibus judicum poteſtatem includebant, ut fas non eſſet eis à præſcripta formula recedere: ob idque actiones *ſtricti juris* appellatæ fuerunt: 7. in aliis autem cauſis multo laxiorem, & latiorem poteſtatem Prætores tribuebant judicibus, ut judicarent, quod ſibi ex bono, & æquo viſum eſſet, ut colligitur ex Cicerone in Topicis ad Trebatium. Sunt ergo *bonæ fidei* actiones remiſsioris & laxioris juris, ac ex æquitate pendentis; non quod ulla ſit actio malæ fidei, quoniam in omnibus negotiis bona fides deſideratur, (*e*) ſed ideo, quod Judex in cognitione poteſt habere rationem earum rerum, quarum contrahentes non meminere: (*f*) 8. at verò actiones *ſtricti juris* ſunt, in quibus Judices non habent tam amplam interpretationem, & poteſtatem judicandi ex bono & æquo, ſed ſolummodo juxta verba contrahentium, (*g*) veluti in actione *ex ſtipulatu:* (*h*) 9. quam actionem ob hoc non bonæ fidei, ſed ſtricti juris Juſtinianus dixit. (*i*)

10. Rurſus conſtituendum eſt, plures differentias eſſe inter actiones bonæ fidei, & ſtricti juris: (*j*) 11. & prima differentia eſt, quod in contractibus *bonæ fidei* dolus dans cauſam contractui efficit contractum nullum *ipſo jure*, & re integra, deceptus non tenebitur ad perficiendum; re autem non integra, ut quia traditio, vel aliud ſecutum eſt, actio *doli* competit ad reſtituendam rem traditam, & ad reſcindendum contractum, quatenus *de facto* proceſſit: (*k*) 12. in contractibus verò *ſtricti juris* dolus dans cauſam contractui non efficit contractum nullum, imo valet; datur tamen exceptio *doli* adverſus decipientem, re integra: & ſi deceptus tradiderit, vel perfecerit, actio *doli* ei datur, ut notat Gloſſa: (*l*) 13. cæterum, ſi dolus non det cauſam contractui, ſed ſolummodo incidat in contractum in contractibus bonæ fidei non facit contractum nullum, imò valet; 14. reſarcitur tamen damnum per actionum ex illo contractu propter dolum: (*m*) at verò in contractibus *ſtricti juris*, ſi dolus incidat, damnum non emendatur per illum contractum, ſed reſcinditur per actionem, vel exceptionem *de dolo.* (*n*)

15. Dicitur autem dolus dare cauſam contractui, *quando unus doloſis ſuaſionibus induxit aliquem ad ſecum contrahendum*, ut puta, ad vendendum, ut illum deciperet, qui aliàs non fuiſſet venditurus, & dolo ejus fuit principaliter inductus ad vendendum, quia dixit, ſuum equum habere vitia latentia, quæ ipſe ignorabat; 16. dolus vero dicitur incidere in contractum, quando quis alias erat venditurus, & ego dolo, & machinatione demonſtravi, quod pretium illius rei non valebat, niſi tantum, ut ſi valebat centum, & meis machinationibus oſtendi, quod non valebat niſi quinquaginta, vel ſi vendidiſti mihi vineam, vel hortum, & ante aquam traderes, excidiſti vites, aut arbores.

17. Aliam differentiam ponit Gloſſa;(*o*) alias plures differentias enumerat, & explicat idem Benicaſius, (*p*) & an diviſio actionum in actiones *bonæ fidei*, & *ſtricti juris* procedat de *Jure Canonico*, latè diſputat: (*q*) & D.Franc. à Sarmiento (*r*) reſolvit, etiam de *Jure Canonico* eſſe actiones *ſtricti juris*: idem cum aliis reſolvit Covarruvias: (*ſ*) expendens ad hoc text. in cap. *Cum venerabilis*, de *Except.* Et an ſint aliæ plures actiones *bonæ fidei*, quam quæ in dict. §. *Actionum*, enumerantur, reſolvit idem Benicaſius, (*t*) 18. qui reſolvit, quod ſunt tantum decem & ſeptem, (*u*) & omnes ſunt *directæ*, exceptis ſex, quæ ſunt *directæ*, & *contrariæ*, ut ſunt actiones *mandati*, *commodati*, *depoſiti*, *pignorati*, *tutelæ*, *negotiorum geſtorum:* & licet iſtæ contrariæ ibi non exprimantur, nihilominus *bonæ fidei* ſunt, & cenſentur ibi enumeratæ, cum text. ille ſimpliciter mentionem faciat de actione mandati, depoſiti, commodati, pignoratitiæ, tutelæ, & negotiorum geſtorum: & ſic intelligi debet, tam de directis, quàm de contrariis, 19. quia eſt oratio indefinita, & æquipollet univerſali, (*x*) 20. cum appellatione actionis veniat, tàm directa, quàm contraria: (*y*) viſis itaque differentiis inter actiones *bonæ fidei*, & *ſtricti juris*, veniendum eſt ad explicationem earum, quæ *bonæ fidei* ſunt.

EX §. PRIMO.

SUMMARIA.

1 *Actio ex empto de jure civili inventa eſt, & cui, & adverſus quem competat.*

2 *Actio ex empto tres alias actiones in ſe continet, actionem de evictione, actionem redhibitoriam, & quanto minoris, & actionem præſcriptis verbis.*

3 *Actione redhibitoria, & quanto minoris ad quid agatur.*

4 *Actio ex empto, ut competat, quæ requirantur.*

Emp-

(*a*) 2. in dict. §. *Actionum*, eaſdem commemorat. gloſ. in cap. *Cum venerabilis*, verb. *Bonæ fidei*, Extra de *Except.* & ibi explicant Panorm. à n.14. Dec. n.12. & Pariſ. à n.29. Jaſ. n. 12. 27. & 50. & Gomez. à n. 2. in dict. §. *Actionum.* Alciat. in leg. *Bona fides*, ff. *Depoſit.* Duaren. de In litem jurand. pag. 8. Lud. Carondas, lib. 3. Veroſimilium, cap. 3. Covar. in reg. *Poſſeſſor.* 2. part. §. 6. à n. 4. de *Regul. jur.* in 6. & Cujac. lib. 8. Obſervationum, cap. 10. & Revardus de Author. Prudentum, cap. 3.

(*b*) Ut in leg. *Si cum fundum*, ff. de *Contrah. emption.* & in leg. *Si mandato*, §. 1. ff. *Mandat.* & in leg. *Medicus*, ff. de *Var. & extraord. cogn.*

(*c*) Ut in leg. *Bonam fidem*, Cod. de *Action.*

(*d*) Ut in leg. *Bona fides*, ff. *Depoſit.* & in leg. *Ex maleſic.* ff. de *Action. & oblig.*

(*e*) Ut in dict. leg. *Bonam fidem.*

(*f*) Ut in leg. *Conſenſu* in fin. ff. de *Action. & obligat.*

(*g*) Ut in leg. fin. Cod. de *Compenſ.* & in leg. *Quia tantundem*, ff. de *Negot. geſtis.*

(*h*) Juxta text. in leg. *Quidquid*, & in leg. *Si ita ſtipulatus*, §. *Cryſogonus*, ff. de *Verb. oblig.*

(*i*) In leg. unic. §. *Sed etſi non ignoramus*, Cod. de *Rei uxor. action.* ita explicant Hotoman. Miſing. n. 5. Corraſ. n. 4. in dict. §. *Actionum*, & Briſon. in lib. 2. de Verbor. verb. *Bona fides*, & verb. *Æquum*, & Covar. in reg. *Poſſeſſor.* 2. part. §. 6. n. 4. de *Reg. jur.* in 6.

(*j*) Quas gloſ. 2. in dict. §. *Actionum*, colligit.

(*k*) Juxta text. in leg. *Et eleganter* in princip. ff. de *Dolo malo.*

(*l*) In dict. leg. *Et eleganter*, & Bartol. in leg. *Si quis cum aliter*, ff. de *Verbor. oblig.*

(*m*) Ut in leg. *Si quis affirmaverit*, ff. de *Dol. mal.* & in leg. *Julianus*, §. *Si venditor*, ff. de *Action. empt.*

(*n*) Ut in dict. leg. *Et eleganter*, §. *Non ſolum*, & in dict. leg. *Si quis cum aliter*, ita reſolvunt gloſſ. 2. dict. §. *Actionum*, Bart. Ang. Imol. & Cum. dict. leg. *Si quis cum aliter*, & communiter omnes ex Joan. Imol. cap. *Cum dilecti*, de *Empt. & vendit.* Jaſ. dict. §. *Actionum* à n. 28. late diſputat Benicaſ. ibi à n. 232.

(*o*) 2. dict. §. *Actionum*, ibi: *Unde non veniunt uſuræ*, quam explicat Miſing. ibi n. 16. & late Benicaſ. à n. 309. Aliam differentiam ponit eadem gloſſ. ibi: *Item in actionibus ſtricti juris fructus non veniunt*, quam explicat Miſing. ibi n. 17. & Benicaſ. à n. 327. Aliam differentiam ponit dict. gloſſ. ibi: *Item non venit intereſſe*, quam explicat Miſing. ibi n. 26. aſſerens, communi calculo hanc differentiam reprehendi, proſequitur latè Benicaſ. à n. 338. Aliam differentiam ponit eadem gloſſ. ibi: *Item bonæ fidei*, quam explicat Miſing. à n. 18. & Benicaſ. à n. 365. Ultimam differentiam tangit prædicta gloſſ. ibi: *Item ex hoc* §. quam explicat Benicaſ. ibi à n. 388. Aliam differentiam conſtituit Dinus ibi, Miſing. n. 20. & Benicaſ. à n. 390. Aliam differentiam ponunt Joan. Faber. Ang. Jaſ. & Miſing. ibi à n. 21. & Benicaſ. à n. 405. Alia differentia enumeratur à Benicaſ. ibi à n. 424. & explicat Miſinger. n. 25. ponit etiam aliam Ang. ibi, & explicat Benicaſ. à n. 430.

(*p*) Ibi à n. 436.

(*q*) In dict. §. *Actionum* à n. 184.

(*r*) Lib. 3. Selectarum, cap. 3. à n. 1.

(*ſ*) In dict. reg. *Poſſeſſor.* 2. part. §. 6. n. 5.

(*t*) A n. 151.

(*u*) Ut gloſſ. 2. ibi enumerat.

(*x*) Ut in leg. *Si pluribus*, ff. de *Legat.* 2.

(*y*) Ut leg. 2. ff. de *Neg. geſt.*

5 *Emptionis contractus ſolo conſenſu perficitur.*

6 *Emptionis contractus requirit pretium ex parte emptoris in pecunia numerata conſiſtens, & ex parte venditoris rem.*

7 *Pretium in emptione, ſufficit, quod referatur ad aliquid, quod certificari poſsit.*

8 *Dominium transfertur in emptorem ex re empta ſibi tradita.*

9 *Emptori, cui res empta eſt tradita, competit rei vendicatio.*

10 *Emptio ſi ita fuerit celebrata, ut ſcriptura fieri debeat, ante ſcripturam perfectam poterunt partes pœnitere, & à contractu reſilire.*

11 *Arrhæ conventæ in contractu emptionis, ſi ab uno ex contrahentibus perdantur, aut ab alio multiplicatæ alteri reddantur, poterit diſſentiens à contractu diſcedere.*

12 *Arrhæ ſi dentur nomine pretii, non eſt locus pœnitentiæ in contractu emptionis.*

13 *Actioni ex empto locus non eſt ante pretium ſolutum, vel venditori oblatum.*

14 *Judex, cui conſtiterit, pretium venditori non fuiſſe ſolutum, poterit emptorem compellere ex officio ad pretii ſolutionem, antequam res ſibi tradatur.*

15 *Dominium pretii ſoluti, requiritur, quod ſit translatum in venditorem, ut venditio & emptio celebrata dicatur, ita ut ab ea reſiliri non poſsit.*

16 *Libellus in actione ex empto.*

§. PRIMUS.

DE ACTIONE EX EMPTO.

1. ACtio *ex empto* ex Jure Civili inventa eſt, (*a*) daturque ei, qui præſens, vel abſens, purà, per nuntium, vel epiſtolam rem emit adverſus venditorem, ut rem venditam tradat: (*b*) 2. & iſta ſub ſe comprehendit tres alias actiones, ſcilicet, actionem *de evictione*, qua emptor agit contra venditorem, ſi res vendita ſibi evincatur, quia venditoris non erat, & actionem *redhibitoriam*, *& quanto minoris*: 3. redhibitoria enim emptor agit infra ſex menſes ad reſcindendum contractum, ſi res vendita habuerit vitium latens, (*c*) & *quanto minoris* agit emptor infra annum ad pretii diminutionem: (*d*) & de hac actione *redhibitoria*, & *quanto minoris*, ultra DD. in prædictis locis agit Ant. Gomez: (*e*) ex cujus reſolutione colliguntur requiſita ad prædictam actionem. Comprehendit etiam ſub ſe actio ex empto aliam & tertiam actionem, ſcilicet, *præſcriptis verbis*, qua emptor agit adverſus venditorem, ſi pacta adjecta emptioni non ſervaverit, de qua infra agendum erit.

4. Et ad hoc quod actio *ex empto* emptori competat, requiruntur ſequentia: primo, quod contractus emptionis ſit perfectus: 5. perficitur enim *ſolo conſenſu*: (*f*) 6. in quo contractu duo requiruntur, nempe, ex parte emptoris *pretium certum* in pecunia numerata conſiſtens, & ex parte venditoris *res*; (*g*) 7. ſufficit tamen, quod pretium referatur ad aliquid, quod certificari poſsit, veluti ſi quis dicat, ſe vendere rem, quanti ipſe emit, vel quanti in tali arca, vel loco ſit. (*h*)

8. Secundo requiritur, quod res vendita non ſit tradita emptori vere, vel fictè: quia ſi tradita eſſet, dominium ejus in emptorem translatum eſſet: (*i*) 9. & tunc competeret emptori rei vendicatio. (*j*)

10. Tertio requiritur, quod, quando inter partes fuit conventum, quod in contractu emptionis ſcriptura interveniret, quod ſcriptura perfecta ſit; alioquin ante ejus perfectionem partes pœnitere, & reſilire à contractu poſſent: (*k*) 11. pari modo pœnitentiæ locus eſſet, quando arrhæ in contractu intervenirent, ſi, qui eas dedit, perdere vellet, vel qui accepit, duplicatas reſtituere: (*l*) unde optima cautela erit, quod ad hoc ut non ſit locus pœnitentiæ, quod arrhæ dentur nomine pretii. (*m*)

12. Quarto requiritur, quod emptor in libello

(*a*) Ut in leg. *Proinde* in princ. ff. de *Ædil. edict.*
(*b*) Juxta text .in leg. 1. ff. de *Contrah. empt.*
(*c*) Ut in leg. *Ex empt.* §. *Redhibitione*, ff. de *Action. empt.*
(*d*) Ut probatur in leg. 1. & toto tit. ff. de *Ædil. edict.* & in leg. *Sciendum*, §. *Tempus*, ff. eod. tit. & in leg. 2. Cod. eod. tit. & in leg. 64. & 65. tit. 5. Part. 5.
(*e*) 2. tom. Variar. cap. 2. à n. 48.
(*f*) Ut probatur in princ. Inſtit. de *Empt. & vendit.* & in leg. *Conſenſu*, ff. de *Action. & obligat.* & in leg. 10. tit. 5. Part. 5.
(*g*) Juxta text. in §. *Pretium*, & in §. *Item pretium*, Inſt. de *Empt. & vendit.* & in leg. 9. tit. 5. Part. 5. & tradit Anton. Gomez 2. tom. Variar. cap. 2. n. 1.
(*h*) Ut probat text. in leg. *Hæc venditio*, §. *Hujuſmodi*, ff. de *Contrah. empt.* & in leg. *Si quis fundum*, ff. eod. tit. & in leg. *Si pater*, §. fin. ff. de *Pact. dotal.* & tenent Bartol. & communiter DD. ibi, & convenit, lex 10. tit. 5. Part. 5.
(*i*) Ut in leg. *Traditionibus*, Cod. de *Pactis*, & in §. *Per traditionem*, Inſtit. de *Rerum diviſ.* & in leg. 46. & 47. tit. 28. Part. 3.
(*j*) Secundum gloſſam fin. in leg. *Si cum fundum*, verſ. fin. ff. de *Contrah. empt.* & gloſſ. in Auth. *Sacramenta puberum*, Cod. *Si adverſ. vendit.* & facit lex *Julianus*, §. *Ex vendit.* ff. de *Action. empt.*
(*k*) Ut probatur in princip. Inſtit. de *Empt. & vend.* & ibi gloſſ. verb. *Scriptura*, & in leg. *Contractus*, Cod. de *Fide inſtrum.* & in leg. 6. tit. 5. Part. 5.
(*l*) Ut in dict. princ. de *Empt. & vendit.* & in dict. leg. *Contractus*, & in leg. 7. tit. 5. Part. 5.
(*m*) Secundum gloſſ. in dict. princ. verb. *Compellitur*, Salicet. & DD. in d. leg. *Contractus*.

lo narret, *qualiter res ſibi fuit vendita, & quo pretio, rem per confinia, vel aliter declarando*, (*n*) 13. dicenſque, *pretium à ſe integraliter fuiſſe ſolutum, vel oblatum*: antea enim locus huic actioni non eſſet: (*o*) oportebit tamen venditorem exceptionem *pretii non ſoluti* opponere; alioquin emptor obtinebit: (*p*) 14. Judex tamen, ſi ſibi conſtiterit pretium non fuiſſe ſolutum, *ex officio* poterit condemnare emptorem ad ſolutionem pretii, antea quam res vendita ſibi tradatur. (*q*)

15. Ultimo requiritur, quod emptor tranſtulerit in venditorem dominium pretii ſoluti; alias, ſi pecuniam alienam ſolverit, & venditor eam nondum conſumpſerit, ad rem venditam tradendam non tenebitur venditor. (*r*) Et libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE EX EMPTO.

Iluſtre Señor.

16. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que aſsi es,
,, que yo comprè por el mes de Mayo pro-
,, ximo paſſado de eſte preſente año del di-
,, cho adverſo unas caſas, que ſon en eſta
,, Ciudad à tal parte, que hán por lindero
,, de una parte caſas de Fulano, è por otra ca-
,, ſas de Fulano, y por delante calle pública,
,, las quales él me vendiò, è yo de él comprè
,, por precio de mil ducados, los quales le he
,, dado y pagado, y él de mì tiene recibidos;
,, y agora no me ha querido, ni quiere entre-
,, gar las dichas caſas, y los titulos de ellas,
,, aunque à ello es obligado, y por mì muchas
,, è diverſas veces ha ſido requerido: por que
,, pido à Vmd. que habida mi relacion por ver-
,, dadera, en la parte que baſte, y otro mas
,, ò mejor pedimento, ſiendo neceſſario, aqui
,, por expreſſo, por ſu ſentencia del ſobre-
,, dicho me haga juſticia, y le condene à que
,, me dè, y entregue las dichas caſas con los
,, alquileres, que han rentado y podido ren-
,, tar, deſde el dia que ſe celebrò la dicha ven-
,, ta, y los que rentaren haſta la real en-
,, trega, que eſtimo en tantos mil marave-
,, dis en cada un año, con mas los daños
,, è intereſſes, que de no me las haver entre-
,, gado ſe me han ſeguido, que eſtimo en tan-
,, tos mil maravedis, ſalvo en todo la judicial
,, taſſacion de Vmd. y à ello le compela, y
,, apremie por todo rigor de derecho; ſobre
,, que pido juſticia, &c.

EX §. SECUNDO.

SUMMARIA.

1 *ACtio ex vendito cui, & ad quid competat.*

2 *Uſuræ pretii veniunt in actione ex vendito poſt traditionem rei venditæ.*

3 *Actio ex vendito ut competat, quæ requirantur.*

4 *Venditor non tenetur ad translationem dominii, ſed ſolum ad nudam traditionem.*

5 *Venditor habens facultatem rem tradendi, tenetur præciſe eam tradere, alioquin liberatur præſtando intereſſe.*

6 *Venditor tenetur rem venditam tradere, cum fructibus ſtantibus tempore contractus celebrati.*

7 *Fructus pendentes pars fundi dicuntur.*

8 *Venditor, ſi vendita res locata ſit, ſufficit, quod actionem emptori cedat.*

9 *Venditor tenetur tradere emptori vacuam poſſeſsionem rei venditæ.*

10 *Venditor celans ſervitutem, quam res vendita debet, tenetur actione quanto minoris, & de jure Regio poterit contractus reſcindi.*

11 *Libellus in actione ex vendito.*

§. SECUNDUS.

DE ACTIONE EX VENDITO.

1. ACtio *ex vendito* conceditur venditori ad conſequenda ea, quæ ei præſtare debet emptor: in qua actione venit pretium, quanti res vendita eſt: (*a*) 2. item veniunt uſuræ pretii poſt diem traditionis. (*b*)

3. Et ad hoc ut hæc actio venditori competat, requiruntur ſequentia: primo, quod venditor in libello narret, *ſe talem rem vendidiſſe pro tali pretio, & eam tradidiſſe, vel ſeparatum fuiſſe tradere*: (*c*) 4. non tamen venditor tenetur ad translationem dominii rei venditæ, ſed ſolummodo ad nudam traditio-

(*n*) Ut in leg. *Forma*, ff. de *Cenſibus.*
(*o*) Juxta text. in leg. *Julianus*, §. *Offerri*, ff. de *Action. empt.*
(*p*) Ut cum aliis reſolvit Jaſſ. in §. *Actionum*, num 124. Inſtit. de *Action.*
(*q*) Ut probatur in leg. *Si pater* in fin. junct. gloſ. Cod. de *Action. empt.* & tradit Jaſ. ubi ſupr. n. 127.
(*r*) Ut in leg. *Cum ſervus*, ff. *Mandat.* & in leg. *Cum fundus*, §. *Servum*, ff. *Si certum petatur.*
(*a*) Ut probatur in §. *Pretium*, Inſtit. de *Empt. & vendit.* & in leg. 9. tit. 5. Part. 5.
(*b*) Juxta text. in leg. *Julianus*, §. *Ex vendito*, ff. de *Action. empt.*
(*c*) Ut in dict. leg. *Julianus*, §. *Offerri.*

nem: (*d*) 5. & ſi venditor habet facultatem rem tradendi, tenetur eam præciſe tradere; alioquin liberatur, præſtando intereſſe. (*e*)

6. Secundo requiritur, quod venditor rem venditam tradiderit cum fructibus ſtantibus tempore contractus celebrati, (*f*) 7. quia fructus pendentes pars fundi dicuntur: (*g*) 8. & ſi fundus locatus fuerit, ſufficiet, quod venditor actionem emptori cedat: (*h*) 9. tertio requiritur, quod venditor tradiderit emptori vacuam poſſeſsionem rei venditæ: (*i*) 10. & quod non celaverit ſervitutem, quam res vendita debet, alias emptor agere poterit actione *quanto minoris*: (*j*) & de Jure Regio agere poterit ad reſciſsionem contractus, ut in leg. 63. tit. 5. Part. 5. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE EX VENDITO.

Iluſtre Señor.

11. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon- ,, go demanda à Fulano, y digo: que yo ven- ,, dì al dicho adverſo ducientos carneros añe- ,, jos, à precio cada uno de à dos ducados, ,, fiados à pagar para el dia de Navidad pro- ,, ximo paſſado, fin del año de ochenta y uno, ,, los quales le entreguè luego, y èl de mì re- ,, cibiò, y ſe ha aprovechado de ellos, go- ,, zando la lana, y haciendo lo que por bien ,, ha tenido; y aunque el plazo de la paga es ,, paſſado, muchos dias há, y ha ſido por mì re- ,, querido me pague el precio de los dichos ,, carneros, no lo ha querido, ni quiere hacer ,, ſin pleyto: por que pido à Vmd. que habida ,, mi relacion por verdadera, en la parte que ,, baſte, por ſu ſentencia, que lugar haya, del ,, dicho adverſo me haga juſticia, condenan- ,, dole à que me dè, y pague los maravedis, ,, que ſe montan en los dichos ducientos car- ,, neros, à dos ducados cada uno, con mas los ,, intereſſes, daños, y menoſcabos, que ſe me ,, han recrecido, en no me haver pagado al ,, plazo, que era obligado, los quales proteſ- ,, to liquidar en la proſecucion de eſta cau- ,, ſa: ſobre que pido juſticia, y coſtas, y el ,, oficio de Vmd. imploro, y juro en forma ,, de derecho, &c.

EX §. TERTIO.

SUMMARIA.

1 *ACtiones locati & conducti de jure civili ſunt, & directæ, & bonæ fidei.*

2 *Actio utilis competit, quando ille, qui ab alio conduxit, rem alteri locat.*

3 *Locator quis dicatur.*

4 *Conductor quis dicatur.*

5 *Locator tenetur ad tradendam rem conductori, & ad præſtandam patientiam uſus, & fruitionis in re locata per tempus conventum.*

6 *Conductor tenetur ad ſolutionem penſionis debito, & conſueto, vel convento tempore, & ad reſtituendam rem, finito tempore locationis.*

7 *Locationis & conductionis non dicitur contractus, quando penſio ſolvenda non conſiſtit in pecunia numerata, ſed contractus innominatus, ex quo actione* præſcriptis verbis *agatur.*

8 *Actio locati cui, & adverſus quem, & ad quid competat.*

9 *Actio locati datur locatori, pro reſtituenda ſibi poſſeſsione rei locatæ, finito tempore locationis.*

10 *Locator, finito tempore locationis, libere poterit conductorem expellere, & rem alteri locare.*

11 *Scholares in re conducta aliis pro eodem pretio præferuntur.*

12 *Locatori actio locati non competit ante tempus finitum locationis, niſi in quatuor caſibus.*

13 *Actio locati ut competat, quæ requirantur.*

14 *Libellus non eſt neceſſarius, quando agitur pro penſione à conductore ſolvenda, quia Judices, captis pignoribus, procedunt contra conductorem.*

15 *Actio conducti cui, & adverſus quem, & ad quid detur.*

16 *Locationis contractus diſſolvitur, ſi res locata abſque culpa locatoris perempta fuerit.*

Lo-

(*d*) Ut in leg. *Ex empto.* in princip. ff. de *Action. empt.* ubi gloſ. verb. *Facere cogitur*, rationem differentiæ aſsignat inter emptorem, & venditorem, & ſequitur ibi Bart. & Jaſ. in leg. *Rem traditam*, ff. de *Verb. oblig.*

(*e*) Secundum gloſſ. in §. *Pretium*, verb. *Tradatur*, Inſt. de *Empt. & vendit.* quam reputat ſingularem Ang. in §. *Actionum*, Inſtit. de *Action.* & magis communiter receptam eſſe, teſtatur Jaſſ. ibi n. 137. & Ant. Burgenſis in Rubric. de *Empt. & vendit.* n. 3. improbata gloſſ. leg. 1. in princ. verb. *Agitur*, ff. de *Action. empt.*

(*f*) Ut in dict. leg. *Julianus*, §. *Si fructibus*, & in leg. *Fructus*, Cod. de *Action. empt.* & in leg. 11. tit. 15. Part. 5.

(*g*) Ut probatur in leg. *Fructus*, ff. de *Rei vendic.* & reſolvit Jaſſ. in dict. §. *Actionum*, n. 140. Anton. Gom. 2. tom. Variar. cap. 2. n. 11. & Covar. lib. 1. Variar. cap. 15. à n. 1.

(*h*) Ut in dict. leg. *Julianus*, §. *Si fructibus*, & ibi gloſſ. verb. *Cedere*, & notat Covarr. in dict. cap. 15. n. 3.

(*i*) Ut in dict. leg. 2. §. 1. ff. de *Action. empt.* & notat Jaſſ. in dict. §. *Actionum*, n. 141.

(*j*) Ut in leg. 1. §. 1. ff. de *Action. empt.*

17 *Locator, ſi res locata abſque ejus culpa, & dolo evicta fuerit, præſtare intereſſe tenetur, tradendo rem æquè idoneam conductori.*

18 *Locator non tenetur ad intereſſe, nec conductor ad penſionem, quando propter juſtum naturæ, vel tertii impedimentum res locata tradi non poteſt.*

19 *Conductor recedens à domo conducta propter peſtem, non tenetur ad penſionem.*

20 *Conductor recedens à domo conducta propter juſtam metum illuſionum, & nocturnorum tumultuum, penſionem ſolvere non tenetur.*

21 *Infirmus famulus non poteſt petere mercedem, pro tempore quo fuit ægrotus.*

22 *Libellus in actione locati.*

23 *Libellus in actione conducti.*

§. TERTIUS.

DE ACTIONIBUS LOCATI, & conducti.

1. ACtiones *locati & conducti* de Jure Civili ſunt, tum propter ſimilitudinem, quam habent cum actionibus empti & vendi, (*a*) tum etiam, quia ita Ulpianus inquit in leg. 1. §. 1. ff. de *Superfic.* & utraque *directa* eſt, & *bonæ fidei*: (*b*) 2. aliquando vero utraque *utilis* eſt, veluti quando quis rem, quam ab uno conduxit, alteri locat, quod facere poteſt, niſi aliud convenerit. (*c*)

3. Pro quarum cognitione conſtituendum eſt, quod locator dicitur ille, *qui dominus rei eſt, vel habet aliquod jus in re, propter quod illam locare poteſt*; 4. conductor vero dicitur ille, *qui accepit rem conductam à domino, vel ab habente jus locandi*: 5. & locator tenetur ad tradendam rem, & ad præſtandam patientiam uſus, & fruitionis in re locata per tempus conventum; 6. conductor vero tenetur ad ſolutionem penſionis debito, & conſueto tempore, & ad reſtituendam rem, finito tempore locationis. (*d*) 7. Rurſus conſtitue, quod in contractu locationis penſio ſolvenda conſiſtere debet in pecunia numerata; alias, ſi conſiſtat in alio genere, ut puta in certa parte frumenti, olei, vini, vel ſimili, tunc non eſt proprie contractus locationis & conductionis, ſed innominatus, & agetur actione *præſcriptis verbis*; aſsimilatur tamen contractui locationis. (*e*)

8. His ſic conſtitutis, dicendum eſt, quod actio *locati* competit locatori, qui prædium urbanum, vel ruſticum, rem mobilem, operamvè ſuam locavit adverſus conductorem, pro re locata deteriori facta, aut pro mercede, vel penſione ſolvenda: (*f*) 9. daturque etiam locatori, pro reſtituenda ſibi poſſeſsione rei locatæ, finito tempore locationis: (*g*) 10. & tunc locator liberè poterit per hanc actionem conductorem expellere, & rem alteri locare: (*h*) 11. quod in Scholaribus conductoribus ceſſat, qui in re conducta aliis pro eodem pretio præferuntur: (*i*) 12. quo fit, ante tempus locationis finitum hanc actionem locatori non competere, niſi in quatuor caſibus, quorum meminit text. in leg. *Ædem*, Cod. de *Locat.* & in cap. *Propter*, §. 1. Extra, de *Locato*, & in leg. 6. tit. 8. Part. 5. (*j*)

13. Ex quibus conſtat, quod ad hoc ut actio *locati* competat, requiritur: primo, quod penſio, vel merces conſtituta ſit in pecunia numerata, ut ſupra diximus: ſecundo requiritur, quod tempus locationis finitum ſit, præterquam in prædictis quatuor caſibus dict. leg. *Ædem.* 14. Et eſt advertendum, quod quando locator pro penſione ſibi ſolvenda agit, libellus neceſſarius non eſt, quia Judices procedunt, captis pignoribus, ut ſupra reſolvimus: (*k*) quando vero agit pro damnis, vel re ſibi reſtituenda, libellus erit concipiendus forma paulò inferius præſcripta.

15. Actio verò *conducti* datur conductori adverſus locatorem, ad hoc ut res ſibi conducta tradatur, & ut ſibi liceat uti, vel frui re conducta, vel ut locator præſtet id, quod in contractu locationis convenit: (*l*) tenetur enim præciſe locator ad rem tradendam conductori, ſi facultatem tradendi habuerit; 16. cæterùm, ſi res perempta caſu fortuito abſque culpa lo-

ca-

(*a*) Ut in leg. 2. ff. *Locati*, & in princ. Inſtit. de *Locat. & conduct.* & in leg. 1. tit. 8. Part. 5.

(*b*) Ut probat text. juncta gloſſ. 2. in §. *Actionum*, Inſtit. de *Action.*

(*c*) Ut in leg. *Nemo*, Cod. de *Locat. & conduct.* & in leg. *Si tibi*, II. & in leg. *Si cui locavero*, ff. *Locati*, & notat Anton. Gom. 2. tom. Variar. cap. 3. n. 11.

(*d*) Juxta text. in leg. *Ex conducto* in princip. ff. *Locati*, & in leg. *Conductores*, Cod. de *Locato.*

(*e*) Ut probatur in leg. 1. §. *Si quis ſervum*, ff. *Depoſit.* & in leg. *Si olei*, Cod. de *Locato*, & in §. 1. Inſtit. de *Locat. & conduct.* & notat gloſ. in leg. *Licet*, Cod. de *Locat.* & Bartol. in leg. *Si merces*, §. *Vis major.* ff. *Locat.*

(*f*) Ut probatur in leg. *Ædem*, Cod. de *Locat.* & in leg. *Si vulneraveris*, ff. *Locat.* & in leg. *Pomponius*, I. ff. *In quib. caſib. tacit. pig. vel hypot. contrah.*

(*g*) Ut in leg. *Videamus*, §. *Qui vim*, ff. *Locat.* & in leg. *Si quis conductionis*, & in leg. *Conductores*, Cod. de *Locat.*

(*h*) Ut in leg. *Ne cui liceat*, Cod. de *Locat.* & in leg. 18. tit. 8. Part. 5. & notat Ant. Gom. 2. tom. Variar. cap. 3. num. 5.

(*i*) Juxta text. in cap. 1. & ibi gloſſ. & communiter DD. Extra de *Locat.* & in leg. fin. tit. fin. Part. 2.

(*j*) Et notat Anton. Gom. in dict. cap. 3. n. 6. & Covar. lib. 2. Variar. cap. 15. n. 4.

(*k*) In cap. 2. in §. de *Action. Serviana*, *hypothecar.* &c.

(*l*) Juxta text. in leg. *Ex conducto*, ff. *Locat.*

catoris fuerit, contractus ab utraque parte diſſolvitur. (*m*)

17. Si vero res evicta fuerit abſque dolo, & culpa locatoris, præſtare intereſſe tenebitur locator, tradendo rem æque idoneam conductori; (*n*) 18. ſed ſi res tradita non fuit, non tamen culpa, & dolo locatoris, ſed ex alia juſta cauſa, vel impedimento tertii, aut naturæ, vel fuit tradita, tamen ea uti non potuit conductor propter impedimentum tertii, vel naturæ, tunc locator non tenebitur ad intereſſe, nec conductor ad penſionem. (*o*)

19. Quo fit, quod ſi conductor à domo receſſerit propter peſtem, vel aerem corruptum, non tenebitur penſionem ſolvere, ſecundum Panormitanum: (*p*) 20. idem etiam obſervandum erit, quando conductor à domo receſſerit propter juſtum metum, ex eo quod oſtentis evidentiſsimis, tetris imaginibus, aſsiduiſque umbrarum illuſionibus, & nocturnis tumultibus vexaretur, ſecundum Ripam; (*q*) & ita in Granatenſi Prætorio fuiſſe judicatum, refert Covarruvias. (*r*) 21. Fit etiam, famulum infirmum petere non poſſe mercedem pro tempore, quo fuit infirmus, ſecundum Bartolum. (*ſ*) Et libellus in hac actione erit concipiendus forma infra præſcripta.

LIBELLUS IN ACTIONE LOCATI.

Iluſtre Señor.

22. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
„ go demanda à Fulano, y digo: que es aſsi,
„ que yo alquilè unas caſas mias en eſta Ciu-
„ dad à tal calle, que hàn por linderos tales,
„ por precio en cada un año de cien duca-
„ dos, y ſe las arrendè por tiempo, y eſpa-
„ cio de tres años, los quales ſon yà paſſà-
„ dos; y haviendoſelas deshauciado por el
„ tiempo acoſtumbrado, que en eſta Ciudad
„ ſe ſuelen deshauciar las caſas, diciendole,
„ que no queria las hubieſſe por mas tiempo,
„ ſino que me las dexaſſe libres, y deſem-
„ bargadas, y ſiendo à ello obligado, no lo
„ ha querido hacer, ni ſalirſe de ellas: por
„ que pido à Vmd. que habida mi relacion
„ por verdadera, en quanto baſte, del dicho
„ adverſo me haga juſticia, y por ſu ſenten-
„ cia le condene, à que me buelva, entré-
„ gue, y reſtituya, y dexe libres, y deſem-
„ bargadas las dichas mis caſas, tales, y tan
„ buenas, como eſtaban al tiempo que yo
„ ſe las dì, y èl entrò à vivir, y à que me
„ pague los daños, intereſſes, y menoſcabos
„ que ſe me han ſeguido, por no me haver de-
„ xado las dichas caſas en tiempo debido,
„ que eſtimo en quarenta mil maravedis, con
„ lo que de aqui adelante corriere al dicho
„ reſpecto, haſta que cumpla lo ſuſodicho: ſo-
„ bre que pido juſticia, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE CONDUCTI.

Iluſtre Señor.

23. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pongo
„ demanda à Fulano, y digo: que es aſsi, que
„ el dicho adverſo ſe concertò conmigo, y me
„ arrendò una deheſſa ſuya, que tiene en tal
„ parte, de que ſon linderos tales, la qual
„ me arrendò à paſto, y labor por precio de
„ cien mil maravedis en cada un año, por
„ eſpacio de tres años; y es aſsi, que llegado
„ el tiempo, en que me havia de entregar la
„ dicha deheſſa, y dexarmela libre, y deſem-
„ bargada, para que yo la pudieſſe labrar,
„ y paſtar con mis ganados, y eſtando à ello
„ obligado, no lo ha querido hacer, antes la
„ come con ſus ganados, y la tiene ocupada,
„ de ſuerte, que yo no puedo aprovechar-
„ me de ella: por que pido à Vmd. que ha-
„ bida mi relacion por verdadera, en quanto
„ baſte, del dicho adverſo me haga juſticia,
„ y le condemne à que me dè, y entrégue la
„ dicha deheſſa, y me la déxe libre, para que
„ yo la pueda labrar, y paſtar por el tiempo
„ del dicho arrendamiento, y no la dexan-
„ do libre, le condene en los daños, intereſ-
„ ſes, y menoſcabos, que ſe me han ſeguido,
„ y ſiguieren en todo el tiempo, que no me
„ dexáre deſembargada la dicha deheſſa, que
„ eſtimo en tantos mil maravedis, ſalvo la
„ judicial taſſacion de Vmd. ſobre que pido
„ juſticia, &c.

(*m*) Ut in leg. *Item quæritur*, §. *Exercitu*, & in leg. *Habitatores*, §. fin. ff. *Locat.*

(*n*) Ut probatur in leg. *Si quis domum*, & ibi gloſſ. & DD. ff. *Locat.*

(*o*) Ut probatur in leg. *Fundus*, & in leg. *Si uno*, §. *Item cum quidam*, & in leg. *Habitatores*, §. ult. & in leg. *Si merces*, verb. *Vicino*, & in leg. *Item quæritur*, §. *Exercitu*, ff. *Locat.* & in leg. 21. tit. 8. Part. 5.

(*p*) In cap. *Propter ſterilitatem*, n. 8. de *Locat.* Fulgoſ. in leg. *Cum in plures*, ff. *Locat.* & eleganter Covar. in Pract. Quæſt. cap. 30. n. 3.

(*q*) In tit. de Peſt. 2. part. n. 17. per text. in dict. leg. *Habitatores*, §. fin.

(*r*) Lib. 4. Variar. cap. 6.

(*ſ*) In leg. *Si uno*, §. *Item cum quidam*, ff. *Locat.* & Jaſſ. in leg. *Diem functo*, ff. de *Offic. Aſſeſſ.* & alios communiter ex Panorm. in cap. 1. n. 9. de *Cler. ægrot.* tametſi oppoſitam ſententiam tenuerit gloſſ. in leg. *Arboribus*, §. de *Illo*, ff. de *Uſufruct.*

EX §. QUARTO.

SUMMARIA.

1 *Actio negotiorum geſtorum eſt bonæ fidei.*

2 *Negotium alienum geri quatuor modis dicitur.*

3 *Actio negotiorum geſtorum eſt duplex, directa, & contraria.*

4 *Actio negotiorum geſtorum directa adverſus quem, & ad quid competat.*

5 *Actio negotiorum geſtorum directa poteſt intentari, ſtatim cœpta adminiſtratione, antequam finiatur.*

6 *Actio negotiorum geſtorum, non ſolum domino, ſed etiam cuilibet, cujus intereſt, competit.*

7 *Actio negotiorum geſtorum directa ut competat, requiritur abſentia, vel ignorantia ejus, cujus negotia geſta ſunt.*

8 *Mandatum inducitur ex præſentia, & taciturnitate domini.*

9 *Actio negotiorum geſtorum ceſſat, quando mandatum intervenit.*

10 *Actione negotiorum geſtorum directa agens, quid concludere debeat in libello.*

11 *Negotiorum geſtor tenetur de dolo, lata culpa, & levi, & leviſsima, quando alius diligentior vellet adminiſtrationem ſuſcipere.*

12 *Negotiorum geſtorum excuſat à levi, & leviſsima culpa ſinceritas affectionis, & imminens rei neceſsitas.*

13 *Actio negotiorum geſtorum contraria cui, & adverſus quem, & ad quid detur.*

14 *Negotium à principio utiliter geſtum eſſe ſufficit, licet proſpere eventus non fuerit ſecutus.*

15 *Actio negotiorum geſtorum contraria datur etiam adverſus furioſum, & adverſus hæreditatem jacentem, quamvis delatam pupillo extraneo hæredi; ſecus verò pupillo ſuo hæredi, niſi quatenus locupletior factus fuiſſet.*

16 *Hæreditas non jacet, cum pupillo ſuo hæredi defertur.*

17 *Hæreditas habet dominum pupillum ipſo jure, quando ſuo hæredi defertur.*

18 *Negotia geſta nomine hæreditatis pupillo ſuo hæredi delatæ, nomine pupilli geſta cenſentur, & obligatio ipſum pupillum tangit.*

19 *Libellus in actione directa negotiorum geſtorum.*

20 *Libellus in actione contraria negotiorum geſtorum.*

§. QUARTUS.

DE ACTIONE NEGOTIORUM geſtorum.

1. ACtio *negotiorum geſtorum* bonæ fidei eſt: (*a*) 2. pro cujus cognitione conſtituendum eſt, quod quatuor modis dicitur negotium alienum geri, ut notat Gloſſa: (*b*) 3. quæ actio duplex eſt, *directa*, ſcilicet, & *contraria*: (*c*) 4. directa enim competit adverſus eum, qui ſponte negotia abſentis geſsit, ad hoc ut rationem ſuæ adminiſtrationis reddat, & ratione reddita condemnetur in id, quod non, ut oportuit, geſsit, & in id, quod ex tali geſtione retinet, (*d*) vel ut ſolvat uſuras pecuniæ, quæ, demptis neceſſariis ſumptibus, ſupereſt: (*e*) 5. poteſtque actio iſta intentari, ſtatim cœpta adminiſtratione, antea quam finiatur, ut docet Bartolus: (*f*) 6. daturque hæc actio directa, nedum domino, cujus negotia geſta ſunt, ſed etiam cuilibet, cujus intereſt iſto judicio experiri. (*g*)

7. Et ad hoc ut competat, requiritur abſentia, vel ignorantia ejus, cujus negotia geſta ſunt: (*h*) 8. alioquin, ſi dominus præſens eſſet, & taceret, mandatum induceretur; (*i*) 9. & quando mandatum intervenerit, actio negotiorum geſtorum ceſſat. (*j*)

10. Secundo requiritur, quod actor in libello concludat, *quod Judex reum condemnet, ad reddendam ſibi rationem adminiſtrationis, & ad damna, & intereſſe, ſi culpa, vel dolo negotium minus bene geſtum fuerit*: (*k*) 11. nam negotiorum geſtor tenetur de dolo, lata culpa, & de levi, (*l*) quinimo de leviſsima tenetur,

(*a*) Ut probatur in dict. §. *Actionum.*

(*b*) In leg. *Si pupilli*, §. *Item quæritur* in fin. verb. *Ipſo geſtu*, ff. de *Neg. geſt.* quam explicant Bartol. ibi, & Jaſſ. n. 172. & Miſing. n. 29. in dict. §. *Actionum*, & Briſon. lib. 7. de Verb. ſignific. verb. *Gerere.*

(*c*) Ut probatur in §. 1. Inſtit. de *Oblig. quæ ex quaſi contract.* & in leg. 2. ff. de *Neg. geſt.*

(*d*) Juxta text. in leg. 2. ff. de *Neg. geſt.*

(*e*) Ut in leg. *Qui aliena* in princip. ff. de *Neg. geſt.*

(*f*) In leg. *Nam & Servius*, §. *Qui negotia*, ff. de *Neg. geſt.* & in leg. *Non quaſi*, §. *Hanc ſtipulationem*, ff. *Rem pup. ſalv. for.*

(*g*) Ut probatur in leg. *Actio*, ff. de *Neg. geſt.*

(*h*) Juxta text. in §. 1. Inſtit. de *Oblig. quæ ex quaſi contract.* & in leg. 2. ff. de *Neg. geſt.*

(*i*) Ut probat text. in leg. *Si remunerandi*, §. *Si paſſus*, & in leg. *Qui patitur*, ff. *Mandati.*

(*j*) Per text. in §. 1. Inſtit. de *Oblig. quæ ex quaſi contract.*

(*k*) Ut docet Bart. in leg. *Sed an ultrò*, §. 1. ff. de *Neg. geſtis.*

(*l*) Secundum gloſſ. in §. 1. verb. *Ad exactiſsimam*, Inſt. de *Oblig. quæ ex quaſi contract.*

tur, quando alius diligentior vellet adminiſtrationem ſuſcipere; (*m*) 12. à levi tamen, & leviſsima culpa excuſaret ſinceritas affectionis, & imminens rei neceſsitas. (*n*)

13. At vero actio contraria *negotiorum geſtorum* datur geſtori adverſus dominum, & eum, cujus negotia utiliter geſsit, ad ſibi præſtandum id, quod neceſſario, vel utiliter in rebus geſtis impendit, (*o*) & etiam, ad hoc ut liberetur ab obligatione pro domino negotiorum ſuſcepta, & indemnitas rerum geſtarum ſibi præſtetur: (*p*) 14. ſufficietque, negotium à principio utiliter cœptum eſſe, licet proſpere eventus non fuerit ſecutus: (*q*) 15. daturque prædicta actio adverſus furioſum, (*r*) & etiam adverſus hæreditatem jacentem, quamvis delata eſſet pupillo: (*ſ*) quod intelligi debet, quando hæreditas delata eſſet pupillo extraneo hæredi, quia tunc cenſetur jacens, & *jure ordinario* geſtor agit adverſus eam: ſufficitque, negotium utiliter cœptum fuiſſe, licèt ex poſt facto nulla utilitas ſecuta fuiſſet; cæterum, ſi hæreditas delata eſſet pupillo ſuo hæredi, non conveniretur actione negotiorum geſtorum *jure ordinario*, ſed quatenus locupletior facta fuiſſet: (*t*) 16. & eſt ratio, quia hoc caſu hæreditas non jacet, ut firmat Gloſſa: (*u*) 17. & ita, hæreditas habet dominum pupillum *ipſo jure*, 18. & negotia pupilli geſta cenſentur, obligatioque ipſum pupillum tangere videtur: (*x*) ac ideo hæreditas jacens delata pupillo ſuo hæredi, hac actione conveniri debebit, quatenus factus fuerit locupletior. (*y*) Et libellus in hac actione directa, & contraria concipiendus erit forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE DIRECTA *negotiorum geſtorum.*

Iluſtre Señor.

19. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pongo demanda à Fulano, y digo: que eſtando „ yo auſente de eſta Ciudad, el dicho adverſo de ſu propria voluntad, ſin mandamiento ni poder mio, ſe entrometiò à entender „ en mi hacienda, y à grangearla, y adminiſtrarla, cogiendo y cobrando los fructos y „ rentas de ella, y encerrò el pan y vino, que „ ſe cogiò en eſtos dos años proximos paſſados, y lo vendiò, è hizo de ello lo que por „ bien tuvo: por lo qual es obligado à darme cuenta con pago, aſsi de lo que adminiſtrò, como de lo que por ſu culpa dexò de „ adminiſtrar; pues yà que ſe entremetia en „ la adminiſtracion de la dicha hacienda, la „ havia de adminiſtrar toda ella; y ſi èl no ſe „ entremetiera, huviera otro que la adminiſtrára: por que pido à Vmd. que habida mi „ relacion por verdadera, en la parte que baſte, del dicho adverſo me haga juſticia, y „ le condene à que me dè cuenta con pago de „ todo el tiempo, que entendiò en la cobranza, y adminiſtracion de la dicha mi hacienda, que fueron los dichos dos años: y aſsimiſmo le condéne à que por quanto por ſu „ culpa dexò de labrar tal huerta, y tal viña „ tal año, y por ello recibieron daño y detrimento, en quantia de tantos mil maravedìs, me pague el dicho daño, y lo demàs „ que por ſu culpa quedò por arrendar y „ labrar, pagandome la renta de todo ello, „ que eſtimo en tantos ducados, ſalvo la judicial taſſacion de Vmd. ſobre que pido juſticia, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE CONTRARIA *negotiorum geſtorum.*

Iluſtre Señor.

20. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pongo demanda à Fulano, y digo: que eſtando el dicho adverſo auſente de eſta Ciudad, „ por le hacer bien y buena obra, y porque „ ſu hacienda no ſe le perdieſſe, yo entendì „ en la adminiſtracion de ella, y ſe la beneficiè, y arrendè, y reparè de muchas coſas „ que tenia neceſsidad, ſin las quales no rentára coſa alguna: y en los dichos reparos „ gaſtè de mi hacienda mas de ducientos ducados, como parecerà averiguadas las cuentas, los quales eſtà obligado à me pagar el „ dicho adverſo, por ſe haver gaſtado en provecho de ſu hacienda: por que pido à Vmd. „ que habida mi relacion por verdadera, en la „ parte que baſte, del dicho adverſo me haga „ juſticia, y le condene à que me dè, y pague „ los dichos ducientos ducados, que en la adminiſtracion, y reparos de la dicha ſu hacienda gaſtè: ſobre que pido juſticia, &c.

(*m*) Ut probat text. in leg. *Si negotia*, & in leg. *Si pupilli*, §. *Videamus*, ff. de *Neg. geſt.*

(*n*) Juxta text. in leg. 3. §. *Interdum*, ff. de *Neg. geſt.*

(*o*) Ut probatur in leg. *Ex duobus* in princ. & in leg. *Quæ utiliter* in princ. ff. de *Neg. geſt.*

(*p*) Juxta text. in leg. *Si quis mandato*, ff. de *Neg. geſt.* & in leg. 2. Cod. de *Sentent. quæ ſine certa quantit.*

(*q*) Ut probatur in leg. *Sed an ultrò*, §. 1. ff. de *Neg. geſt.*

(*r*) Ut in leg. 3. verſ. *Etſi furioſi*, ff. de *Neg. geſt.*

(*ſ*) Ut in leg. *Nam & Servius*, §. 1. ff. de *Neg. geſt.*

(*t*) Juxta text. in leg. 2. Cod. de *Neg. geſt.*

(*u*) In leg. *Cum hæreditas*, verb. *Succeſſeritis*, Cod. *Depoſit.* & notat Jaſſ. in leg. *In ſuis*, n. 10. ff. de *Liber. & poſth.* & Gozadinus in leg. *Qui ſe patris*, n. 64. Cod. *Unde lib.*

(*x*) Argum. text. in leg. *Quæ utiliter*, §. fin. ff. de *Neg. geſt.* & eorum, quæ tradit Bartol. receptus in leg. *Neceſſariis* in princ. ff. de *Acquir. hæredit.*

(*y*) Ut in dict. leg. 2.

EX §. QUINTO.

SUMMARIA.

1 *Actio mandati duplex eſt, directa, & contraria, & utraque bonæ fidei.*

2 *Actio directa mandati cui, & adverſus quem competat, & ad quid detur.*

3 *Actio mandati contraria cui, & adverſus quem, & ad quid detur.*

4 *Actio contraria mandati ut competat, requiritur, quod mandatum fuerit gratuitum.*

5 *Actio mandati in quo differat ab actione negotiorum geſtorum.*

6 *Libellus in actione directa mandati.*

7 *Libellus in actione contraria mandati.*

§. QUINTUS.

DE ACTIONE MANDATI.

1. Actio *mandati* duplex eſt, *directa*, & *contraria*, & utraque *bonæ fidei*: (*a*) 2. directa datur mandatori, & ejus hæredi adverſus eum, qui mandatum ſuſcepit, & non explevit, (*b*) vel illud explevit doloſe, & negligenter cum damno mandantis, (*c*) vel exceſſit fines mandati: (*d*) daturque mandatori, ad hoc ut mandatarius reſtituat, quidquid ad eum ex mandato pervenit, ſi res tradita ſibi fuit, aliàs cedat actionem, quam habet ad perſequendam rem; (*e*) ſi vero mandatarius negligens fuerit, reſtituat id, quod mandatoris interſit. (*f*)

3. Contraria autem actio *mandati* datur mandatario, ejuſque hæredi adverſus mandatorem, & ejus hæredem, ad hoc ut, impleto mandato, reſtituant omnes impenſas, quas neceſſario, & utiliter mandatarius fecerit: (*g*) quod procedit, etiam ſi infeliciter negotium ſucceſſerit abſque ſua culpa: (*h*) 4. requiriturque, ad hoc ut hæc actio *mandati* competat, quod mandatum fuerit gratuitum; (*i*) 5. & differt iſta actio ab actione *negotiorum geſtorum* in eo, quod illa ſponte ſuſcipitur, domino ignorante; hæc verò non ſuſcipitur, niſi juſſus, vel rogitus domini præceſſerit. Et libellus in hac actione erit formandus modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE DIRECTA *mandati.*

Iluſtre Señor.

6. Fulano, parezco ante Vmd. y pongo demanda à Fulano, y digo: que yo roguè al „ dicho Fulano, que me compraſſe tal heredad, que há por linderos tales, por precio „ de dos mil ducados: y aſsimiſmo me compraſſe tal viña à tal parte, que hà tales linderos, y hace tantas alanzadas, por precio „ de quinientos ducados, y le di y entreguè el „ dinero, para lo uno y lo otro, y èl de mì lo „ recibiò, y quedò conmigo de comprar la „ dicha heredad, y viña; y es aſsi, que èl „ comprò para sì la dicha heredad, y la tiene „ y poſſee, y la viña por ſu culpa la dexò de „ comprar, y ſe vendiò à otro, del qual no „ ſe puede haber: y por no la haver comprado, ſe me ha ſeguido de daño, è intereſſe „ mas de ducientos ducados, por confinar la „ dicha viña con otra mia, y tener gran neceſsidad de ella, para la incorporar en la „ mia: por lo qual eſtà obligado à me dàr y „ entregar la dicha heredad, y á pagarme los „ dichos ducientos ducados, que ſe me han „ recrecido de daños, è intereſſes, en no me „ haver comprado la dicha viña: por que pido „ à Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en la parte que baſte, del dicho adverſo me haga juſticia, y por ſu ſentencia le „ condene, à que me dè y entregue la dicha heredad, con mas los fructos, que ha rentado, „ y podido rentar, y que rentáre haſta la real „ entrega, que eſtimo en ducientos ducados „ cada un año, y aſsimiſmo à que me dè, y pague „ los dichos ducientos ducados de daño, è intereſſe, que ſe me han recrecido, de no me haver comprado la dicha viña: ſobre que pido juſticia, &c.

LI-

(*a*) Juxta text. & ibi Angel. Jaſſ. & alios in §. *Actionum*, Inſtit. de *Action.*

(*b*) Ut in leg. *Si mandavero*, §. fin. & in leg. *Inter cauſas*, §. *Qui ſuſcepit*, ff. *Mandat.*

(*c*) Ut in leg. *Præterea*, & in leg. *Si procuratorem*, §. 1. ff. *Mandat.*

(*d*) Ut in leg. *Diligenter*, ff. *Mandat.* & in §. *Is qui*, Inſt. de *Mandat.* & in cap. *Cum dilecta*, de *Reſcript.* notat Jaſſ. in leg. *Si procurator*, col. 1. Cod. de *Procur.* & Alciat. in leg. fin. Cod. de *Neg. geſt.*

(*e*) Ut in leg. *Si procuratorem*, §. *Dolo*, ff. *Mandat.*

(*f*) Juxta text. in dict. leg. *Si procuratorem*, §. 1.

(*g*) Juxta text. in leg. *Idem quod*, §. *Idem Labeo*, & in leg. *Si vero non remunerandi*, §. fin. ff. *Mandat.*

(*h*) Ut in leg. *Qui mutuam*, §. fin. ff. *Mand.*

(*i*) Juxta text. in §. *In ſumma*, Inſtit. *Mandat.* & in leg. 1. ff. *Mandat.* & in leg. 2. tit. 3. Part. 5.

LIBELLUS IN ACTIONE CONTRARIA *mandati.*

Iluſtre Señor.

7. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano, y digo: que el di-
,, cho adverſo me rogò, que fueſſe à la Ciu-
,, dad de Plaſencia, y le compraſſe quinien-
,, tos carneros añejos, à precio de à dos du-
,, cados cada uno, è yo lo hice aſsi, que fuì
,, à la dicha Ciudad de Plaſencia, y comprè
,, los dichos quinientos carneros, y los traxe
,, à eſta Ciudad de Salamanca, y ſe los en-
,, treguè, y èl de ellos ſe contentò, y en ir à
,, hacer la dicha compra me detuve quince
,, dias, y gaſtè en coſtas del camino, y en Paſ-
,, tores, y en otros gaſtos neceſſarios quaren-
,, ta ducados, que puſe de mi caſa, y demàs
,, de los dichos gaſtos, puſe de mi bolſa du-
,, cientos ducados, para acabar de pagar los
,, dichos carneros, lo qual todo es obligado
,, de me dàr y pagar el dicho adverſo; y
,, aunque por mì ha ſido requerido que lo
,, haga, no lo ha querido hacer ſin pleyto:
,, por que pido à Vmd. que habida mi relacion
,, por verdadera, en quanto baſte, del dicho
,, adverſo me haga juſticia, y le condene à que
,, me dè, y pague los dichos quarenta duca-
,, dos, que hice de gaſtos, con mas los du-
,, cientos ducados que puſe de mi caſa, para
,, acabar de pagar los dichos carneros, ſobre
,, que pido juſticia, &c.

EX §. SEXTO.

SUMMARIA.

1 *ACtio depoſiti eſt bonæ fidei.*

2 *Depoſitum eſt, quando quis rem ſuam alteri cauſa cuſtodiæ dat, quo caſu recipiens tenetur eam reſtituere ex actione depoſiti.*

3 *Depoſitum aliud eſt judiciale, aliud extrajudiciale.*

4 *Depoſitum judiciale dicitur, quando res, de qua eſt controverſia, deponitur, ubi Judex ſtatuit.*

5 *Depoſitarius à Judice electus ſemper præſumitur idoneus.*

6 *Depoſitarius electus à Judice, ſi poſtmodum idoneus non fuerit repertus, Judex tenebitur ad intereſſe parti læſæ, niſi à principio idoneum elegit, vel probationem ſuæ idoneitatis recepit.*

7 *Depoſitum extrajudiciale dicitur quando abſque controverſia quis cauſa cuſtodiæ deponit rem ſuam penes aliquem.*

8 *Depoſitum extrajudiciale aliud eſt voluntarium, & aliud neceſſarium.*

9 *Depoſitum voluntarium dicitur, quando quis ex ſua voluntate deponit rem cuſtodiendam penes aliquem, & tunc depoſitarius tenetur ad ſimplum.*

10 *Depoſitarius negans, rem penes ſe depoſitam fuiſſe, efficitur infamis, ſecuta ſententia Judicis.*

11 *Compenſatio non admittitur à depoſitario.*

12 *Depoſitum neceſſarium dicitur, quando urgente neceſsitate, veluti incendii, naufragii, tumultus, vel ruinæ, quis depoſuit rem ſuam penes aliquem, ut periculum imminens evitaret.*

13 *Actio depoſiti competit in duplum adverſus negantem depoſitum neceſſarium.*

14 *Depoſitarius tenetur de dolo, & lata culpa.*

15 *Depoſitarius non tenetur de levi, vel leviſsima culpa, vel caſu fortuito, exceptis quibuſdam caſibus.*

16 *Actio depoſiti alia eſt directa, & alia contraria.*

17 *Actio depoſiti directa cui, & adverſus quem, & ad quid detur, & quando ſit rei & pœnæ perſecutoria.*

18 *Actio depoſiti rei perſecutoria eſt perpetua, pœnæ vero perſecutoria eſt annalis.*

19 *Juratur in litem in actione directa depoſiti.*

20 *Actio depoſiti contraria cui, & adverſus quem, & ad quid competat.*

21 *Actio depoſiti contraria ut competat, quæ requirantur.*

22 *Actione depoſiti contraria non agitur, niſi expreſſè res cauſa cuſtodiæ ſit data, & recepta à depoſitario tacitè, vel expreſſè conſentiente.*

23 *Deponente hoſpite apud nautam, cauponem, vel ſtabularium arcam fardelum, vel aliam rem ligatam, ſi poſtmodum illigata reddat, tenebitur ſtationarius actione depoſiti contraria, & ſtabitur juramento hoſpitis ſuper rebus contentis in fardelo.*

24 *Actio depoſiti contraria ut competat, requiritur quod gratis rem recipiat depoſitarius, quia alias erit contractus innominatus, vel locationis.*

25 *Depoſitum proprie non cadit in rebus immobilibus.*

26 *Depoſitum de Jure Communi habet executionem paratam, quando per inſtrumentum publicum de depoſito conſtat.*

27 *Teſtium receptio non eſt admittenda ante litem conteſtatam.*

28 *Inſtrumentum omne publicum, attento Jure Regio, habet executionem paratam.*

29 *Depoſitum confitens in inſtrumento publico poteſt conveniri via executiva, licet tale inſtrumentum non habeat clauſulam guarentigiam: & idem erit in ſcriptura privata à parte recognita.*

30 *Scriptura privata habet vim publici inſtrumenti, ſi recognita ſit à parte in judicio.*

31 *Scriptura privata cum ſubſcriptione trium teſtium, habet vim publici inſtrumenti, non tamen poteſt executioni mandari, ſi negata ſit à debitore, licet à teſtibus ſit recognita: facit tamen plenam probationem.*

32 *Libellus in actione depoſiti voluntarii, & neceſſarii.*

§. SEXTUS.

DE ACTIONE DEPOSITI.

1. ACtio *depoſiti* etiam *bonæ fidei* eſt: (a) 2. pro cujus cognitione erit conſtituendum, quod depoſitum eſt, *quando quis rem ſuam alteri cauſa cuſtodiæ dat*: quo caſu recipiens tenetur eàm reſtituere ex actione *depoſiti.* (b)

3. Rurſus conſtituendum eſt, quod depoſitum aliud eſt *judiciale*, & aliud *extrajudiciale*: 4. Judiciale dicitur, *quando res, de qua eſt controverſia, deponitur, ubi Judex ſtatuit,* (c) 5. & tunc Judex eligere debebit depoſitarium & à Judice electus ſemper præſumitur idoneus: (d) 6. qui depoſitarius, ſi poſtmodum idoneus non fuerit repertus, Judex tenebitur ad intereſſe parti læſæ, (e) à qua obligatione Judex liberabitur, quando à principio idoneum depoſitarium elegit, vel probationem ſuæ idoneitatis recepit, ſecundum Aviles. (f) 7. Extrajudiciale *depoſitum eſt, quando abſque controverſia quis cauſa cuſtodiæ deponit rem ſuam penes aliquem*: & tunc ipſe depoſitarium eligere poterit. (g)

8. Præterea conſtituendum eſt, quod depoſitum extrajudiciale aliud *voluntarium*, & aliud *neceſſarium* eſt. 9. Voluntarium dicitur, *quando ex ſua voluntate quis deponit rem cuſtodiendam penes aliquem*: & tunc depoſitarius tenetur ad ſimplum, *id eſt*, ad rei reſtitutionem, quo caſu ſtatim res reſtitui debet, etiam ſi à prædone, ſervo, filio, vel ſimili perſona depoſita ſit: (h) 10. & ſi rem penes ſe depoſitam fuiſſe negaverit depoſitarius, infamis efficitur, ſecuta ſententia Judicis: (i) 11. nec tunc admittitur compenſatio à depoſitario oppoſita. (j) 12. Neceſſarium depoſitum eſt, *quando urgente neceſsitate*, veluti incendii, naufragii, tumultus, vel ruinæ, *quis depoſuit rem ſuam penes aliquem, ut imminens periculum evitaret*: 13. quo caſu adverſus depoſitarium negantem, penes ſe rem depoſitam fuiſſe, actio *depoſiti* à Prætore inventa datur *in duplum.* (k)

14. Inſuper conſtituendum eſt, quod depoſitarius ſolummodo tenetur de dolo, ut probatur in leg. *Si ut certo*, §. *Nunc videndum*, ff. *Commodati*, (l) & in §. *Præterea*, Inſtit. *Quib. modis re contrah. oblig.* de lata culpa etiam tenetur, (m) quia lata culpa dolo comparatur: (n) nec obſtat quod in prædictis juribus dicitur, depoſitarium ſolummodo, vel duntaxat de dolo teneri: nam reſpondetur, quod illæ dictiones taxativæ non excludunt ſimiles caſus, ſecundum Gloſſam: (o) 15. non tamen depoſitarius tenetur de levi, leviſsima, vel caſu fortuito; (p) bene verum eſt, quod in aliquibus caſibus depoſitarius de levi culpa, & caſibus fortuitis tenetur, quos congerit Gloſſa. (q)

(a) Ut conſtat ex §. *Actionum*, Inſtit. de *Action.*

(b) Juxta text. in leg. 1. & tot. tit. ff. & Cod. *Depoſit.* & in cap. 1. & 2. Extrà de *Depoſit.* & in §. *Præterea*, Inſtit. *Quib. mod. re contrah. oblig.* & in leg. 1. & toto tit. 3. Part. 5. & notat Ant. Gom. 2. tom. Variar. cap. 7. n. 2. & Briſon. lib. 4. de Verbor. ſignific. verb. *Depoſitum.*

(c) Ut in leg. *Senatus* in fin. ff. de *Offic. præſ.* & in leg *Si fidejuſſ.* §. ult. ff. *Qui ſatiſd. cogant.* & in leg. 1. §. pen. ff. de *Liber. exhib.* & tradit Briſon. ubi ſupr.

(d) Juxta text. in leg. *Si ſoluturus*, ff. de *Solutionib.*

(e) Secundum Bart. in dict. leg. *Si ſoluturus*, Bald. in leg. *Acceptam*, Cod. de *Uſuris*, & Avil. in cap. Prætorum, cap. 10. in gloſſ. verb. *Fiable*, n. 1.

(f) Plures alios DD. referentem, ubi ſupr. n. 2.

(g) Arg. text. in leg. *Ita autem* in princ. ff. de *Adminiſtr. tutor.* & in leg. *Debitor.* ff. de *Neg. geſt.* & tradunt Bart. & Bald. ubi ſupr. & Avileſ. in dict. cap. 10. in gloſſ. verb. *No obrare*, n. 2.

(h) Ut probatur in leg. 1. §. *Si prædo*, & in leg. *Quod ſervus*, ff. *Depoſit.*

(i) Ut probatur in leg. *Qui depoſitum*, Cod. *Depoſit.*

(j) Ut probatur in leg. pen. Cod. *Depoſit.* & in leg. fin. & ibi Bart. Cod. de *Compenſat.* & in cap. 2. §. fin. de *Depoſito*, & in §. *In bonæ fidei*, Inſtit. de *Action.* & ibi Jaſſ. n. 33. & Greg. Lup. in leg. 5. tit. 3. Part. 5. in gloſſ. 5.

(k) Juxta text. in leg. 1. §. 1. ff. *Depoſit.* & in §. *Rei perſequendæ*, & in §. *In duplum*, & §. *Sed furti*, Inſtit. de *Act.* & in leg. 8. tit. 3. Part. 5. & horum quatuor caſuum rationem reddit Miſing. in dict. §. *Rei perſequendæ*, n. 39. Duaren. lib. 1. Diſputat. cap. 11. & Benicaſ. in dict. §. *Actionum*, n. 492.

(l) Et in leg. 5. §. *Si veſtimenta*, ff. *Depoſit.* & in leg. *Contractus* 24. ff. de *Reg. jur.*

(m) Ut in leg. 1. Cod. *Depoſit.* & firmat gloſ. in dict. §. *Præterea*, verb. *Dolo.*

(n) Juxta text. in leg. *Quod Nerva*, ff. *Depoſit.*

(o) In leg. *Ob æs alienum*, Cod. de *Præd. minor.*

(p) Ut ex prædictis juribus notant omnes ibi, præſertim Cagn. & Dec. n. 1. in dict. leg. *Contractus.*

(q) In dict. §. *Præterea*, verb. *Dolo*, & gloſſ. in leg. 1. §. *Sæpè*, ff. *Depoſit.* Panorm. n. 3. & alii in cap. 2. de *Depoſit.* & eſt lex 3. & 4. tit. 3. Part. 5.